

## folio

## septimo

dirit sed si iterato incidit in peccati  
 amplius peum extingui non poterit do  
 nec peccatas ad istum fontē. Fons iste ē  
 dñs noster ihesus xps. Sicut de seip  
 so ait. Ego sum fons aque vine salien  
 tis in vitam eternam. Job. iiii. Riuli  
 vel vne istius fontis sunt verba sacre  
 scripture quia sepius procedunt per os  
 fidelissimi canis: hoc est sacerdotis pre  
 dicatoris peccatoris. Querendum est  
 ergo. cur scamirino puri fontis per os fe  
 rudi canis et non alterius animalis ma  
 nauerit? Responso. sepius in sacra sep  
 tra sacerdotes comparantur canibus  
 Et sicut in cane sunt quatuor bona iux  
 ta versus istos. In cane bis bina sunt.  
 et lingue medicina. Flans odoratus at  
 mor integer atq; latrans. Sic et sacer  
 dotes idonei circa salutem animarū in  
 foro predicationis penitentie et confes  
 sionis quatuor has proprietates fidelit  
 debent oblerare. primo qd sunt medici  
 in lingua mulcentorū velicet et lingēdo  
 vulnera peccatorū ne nimis aspere de  
 tergentur. Vulnera em̄ et vlcera car  
 nes lambunt. Secundo sicut canis per  
 odorem narium vulpem siue leporem i  
 uestigat: sic sacerdos in odore confessi  
 onis vulpinas calliditates id est hereti  
 cas peruersitates siue falsitates quo ad  
 peccati detentionem. et leporinas timi  
 ditates quo ad peccati detestationem:  
 aut venie desperationem. et lupinam et  
 leoninam ferocitatem quo ad venie cō  
 temptum: et alia huiusmodi solerter  
 et subtilit̄ inuestigat. Tercio sicut can  
 nis fidelissimum animal esse scitur qui  
 p̄ domio suo ac p̄ familia dñi sui: et  
 animalib; ac p̄tra malos boies periculo  
 se exponit. Sic sacerdotes p̄ fide catho  
 lica et pro salute animarū non solū prochia  
 lum suoz: sed etiam oim̄ fidelū xpiano  
 rum corpus et animam debēt exponere cōsi  
 dent̄ iuxta v̄bum dñi Job. i. Boni?

pastor animarū suarū ponit pro ouib; suis.  
Itē Job. i. Cuius animam suā posuit p̄  
 nobis ita et nos debem; animas pro fratri  
 bus ponere. Quarto sicut canis suo lat  
 ranti fures prodit et thesaurū dñi sui ip  
 sos tollere non p̄mitit. sic sacerdos fid  
 lis ē canis summi regi. latranti p̄dicanti  
 omis. vigilātia iugis orationis. furti. i. i  
 fidias et diabolicas machinationes de  
 thesauro dñi sui. i. de aīa proximi sui.  
 quā summo thesauro. i. precioso sāguī  
 ne suo redemit dominus. Ihesus chris  
 tus. pellere non desistit.

De amore inordinato. Cap. xiiij.

**Q**uidā impe  
 rator erat qui pulcrā vro  
 rem habebat quā miro mo  
 do dilexit. Ipsa primo anno cōcepit et  
 peperit filium: quē mater n. ut̄ dilexit  
 ut̄m qd singulis noctibus in vno lecto  
 iacebat cum eo. Cum autem in etate  
 tres annos compleuisset: mortuus est  
 rex. de cuius morte factus ē dolor mag  
 nus. Regina multis diebus mortem  
 eius planxit. Cum autē sepulture tra  
 ditus fuisset. regina per se i castro quo  
 dam vixit: habensq; filium suum secū.  
 Dilexit tantum puerum qd eius prele  
 tia carere non posset. ambo simul conti  
 nue iacebant donec puer. xvij. annos  
 in etate compleuisset. Vixitq; diabo  
 lus amorem istū inter matrem et puerū  
 eius: eos ad opus nepharium sollicita  
 uit ut̄m qd filius matrem cognouit. Re  
 gina vero statim concepit. Cum autē  
 impregnata esset. filius totū regnum p̄  
 dolore dimisit et ad pres longinquas ac  
 cessit. Mater vero cū tempus partūdi  
 esset filium pulcherrimum peperit. vidē  
 qd paruulum natum statim illum iugū  
 lauit scindens guttur eius per medium  
 et languis gutturis ipsius paruuli in  
 palmam sinistre manū regine cecidit.